



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Phosphorvs sive Ioannes Baptista nativitas, vita, mors**

**Cabilliau, Baudouin**

**Lovany, 1642**

Emblema 4. Implet plena suo terrore.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70001](#)

Laetè liquore crimen.  
 Tetrius quod est vel ipso  
 Angue criminis parente:  
 Triste quod ter execrandus  
 Virus adspuit chelydrus.  
 Lilio parum decoro  
 Diluis pio sub imbri.  
 Nunc radi viden: ligustrō  
 Purius quod eniteſcit,  
 Iamque labe purus almos  
 Flos inhalat hic odores,  
 Gratiæque cinnamomum,  
 Nardiñum, crocum, thymumque.  
 Suauius quid his sit autris?  
 Mi puer parens salutis  
 In tuæ decus coronæ  
 Flos ut hic honos honoris  
 Candidus sit, aureisque  
 Roscidam suis ut ornet  
 Arborem memor coronis.

**Beata Virgo Christo, à quo gratiam  
accipit, grauida transfundit in Ioan-  
nem suum amorem: unde ipse  
Iohannes pulchrior euadat.**

*Emblema 4.*

*Implet plena suo te rore.*

1. *Luna plena, è quâ*
  2. *Gutta roris in hiantem*
  3. *Concham influit, unde*
  4. *Margaritum concrescit.*
1. *B. Virgo Christo prægnans omnem excipit gra-  
tia copiam, unde*

C

2 *Lacrymæ*

2. Lacryma amoris Virginei pignus, & testis  
stillat in
3. Ioannem audum tam eximij doni, unde
4. Pulchrâ uti gemmâ exornetur, & pulchrior  
euadat à Dei gratiâ.

*Sapphicum.*

P Lenâ iam Solis radijs, & auro  
Luna roraati liquidum sub imbrî  
Stillat argentum, teres unde conchæ  
Vaio gemmat.

*N. O. T. Æ.*

1. Luna ubi ex aduerso Solem adspicit, & eius  
radios toto sinu excipit; sua cornua colligit, & tum in  
plenum caput, & sese resingit: Vnde clarior ceteris  
astris praradiat, & lucem suam unâ cum rore in ci-  
zimam sibi terram refundit: Sic & B. Virgo una  
omnem omnium Sanctorum splendorem longe exsu-  
perat, cum sit solis sui speculum sine macula, quæ lu-  
men, uti Luna transmittit, idque in alios è terrâ  
batos, atque adeò in ipsum sibi iam proximum tum  
genere, tam sanctitate Ioannem, sed filij sui beneficio,  
transfundit.

2. Luna Alcmâni mater roris dicitur, præsertim  
sereno cœlo: Ipsa enim frigidum est sidus, quod solis  
astus, & inde siticulosam terram, quem furtim inde  
elicit, vel giginit, humore temperat.

3. Si vero ros in margaritiferam incidat con-  
cham, uti euenit in mari rubro, Persico, Indico, &  
Americo, cum in unionem decorum maris donum

(granum

( granum vocat Tertul.) nobili gelu concrescit, in  
opulentiae maritima pretium, & concha ornamentum.  
Id ipsum dixerim de magnae Virginis in Ioanne cœ-  
lesti gratia, que illi miram animi conciliet pulchri-  
tudinem, & singulari sanctimonie beneficio illustret.  
Nec meo id sensu, sed eximijs Doctoris sententiâ,  
quem velim, si lubeat, audias. Ambrosium dico in  
Lucæ c. 1.: Et vnde hoc mihi, ut mater Domini  
mei veniat ad me? hoc est, quantum bonum  
mihi accidit, ut mater Domini mei veniat ad  
me? miraculum sentio, cognosco mysterium:  
Mater Domini Verbo fœta, Deo plena est. Et  
paulo post: Non enim sola familiaritatis causâ est,  
quod diu mansit, sed etiam tanti vatis profectus.  
Nam si primo ingressu tantus profectus existit,  
ut ad salutationem MARIAE exsultaret infans in  
vtero, repleretur Spiritu Sancto mater infan-  
tis: quantum putamus vnu temporis Sanctæ  
MARIAE addidisse præsentiam, &c.

4. Vide quæ passim interpretes de margaritâ pre-  
tiosa Euangelica adserant. Quæ possis hanc inconcinnè  
hanc aptare symbolo. Et Salmeron in parabolis pulchre  
explicat.

Ioannes vox in vtero, quod Matri Dei  
Gabriel, id ipse Pueru Aue accinit,  
& cum suâ matre comiter salutat.

C. g

Imago.